

^{ad dicant eorum fronte}
^{manus coeva.}
f. 115'

est, ut locorum status finisque constitutionum facilius impectorantur,
et hoc breviter. Revera omnis orator brevitate gaudet, unde res bre-
vitas in verbis, paucitas in sententiis, absolutio in singulari. Dicitur igitur
principales status tres esse: an sit? quid sit? quale sit? Et an sit? ad questio-
nem, ut quentus Formosus et questio est de illo; quid sit, vero nesti res ad
causam, ut: quid feceris, unde questio est? quale autem ad coniecturam re-
spicit, inde ad controversiam quattuor constitutionum, ubi iam nunc
dicendum, quid inter haec differat? questio est coniectura, coniectura
autem ambigua interpretatio, utrum res aliquid, vel non, vel fieri potest,
ut: an Formosus sacrare possit excommunicationem valeat? Causa
vero est, an iuste feceris? narraturque ex questione causa, ex causa
constitutio, unde sit questio, ut videatur causa. Porro questionum, aut
finitum est aut infinitum. finitum. an iure factum sit? Oriturque
de certo factum. demonstratque personam, quae dicitur hypothesis.
Omnis igitur res argumentando confirmatur. Omnis scilicet res,
quae ex hypothesis consistit, causa dicitur; cuius causae ista est
diffinitio: hic cum certa persona. Et haec omnis res ex septem
locis argumenta contrahitur. Horum duo, quis. et quid, omnia con-
tinent. Hypothesis itaque litteram continet. Litteram autem duae sunt
voces, insimulantis et repulsantis. quae finis per ipso-phoram
et antipso-phoram. Sed de hoc satis. Incipio itaque ista praediximus,
quatinus prenoscatur liquidius, quo argumento vocis alter alterum,
iaculetur. Quocirca statuatur iam nunc certa persona Formosi
in medio. et causidici. si sic vi exadverso civitibus alternan-
libus vocibus per demonstrationem lectionis genus causarum
experiatas veritas vel falsitas. Huc itaque dialectica minime
succurrit neutri. quia et controversia est, certaque mon-

causidici; si sic

coi. cal me